

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tvllii Ciceronis|| Epistolae Familiares.||**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiis, 1565**

Liber IV.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724041](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724041)

CICERONIS EPISTOLARVM,

AD SVLPICIVM, ET ALIOS,

LIBER IV.

ARGVMENTVM.

Satis patebit huius epistolae argumentum, si lector sciat scriptam esse, cum Caesar, pulso ex Italia Pompeio, bellum contra Pompeii legatos in Hispaniam pararet: respondet Sulpicio congressum petenti.

M. Cicero s. d. Ser. Sulpicio.

jurisconsultus,  
ad quem libros  
Topicorum mi-  
sit.

alibi dixit, sal-  
ua republica,  
eodem sensu, &  
de re priuata,  
epist. 30. l. 7.

Suetonius in  
Caesare.

ex prouincia re-  
uersus.

ep. 14. h. l. & 21.  
l. 6. & 6. lib. 9.  
& 10. l. 16. om-  
nibus sublata concor-  
diae spe.

ut in his mise-  
riis quam licet

TREBATIVS, familiaris meus, ad  
C. me scripsit, te ex se quaesisse quibus in  
locis essem; molesteq. ferre, quod me pro-

pter ualeitudinem tuam, cum ad urbem accessis-  
sem, non uidisses; & hoc tempore uelle te mecum,  
si propius accessissem, de officio utriusque nostrum  
communicare. Utinam Serui saluis rebus (sic e-  
nim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos:  
profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus. co-  
gnoram enim iam absens, te haec mala multo ante  
providentem, defensorem pacis, & in consulatu  
tuo, et post consulatum fuisse. ego autem cum consi-  
lium tuum probarem, & idem ipse sentirem, ni-  
hil proficiebam. sero enim ueneram: solus eram:  
rudis esse uidebar in causa; incideram in hominum  
pugnandi cupidorum insanias. nunc, quoniam ni-  
hil iam uidemur posse opitulari reip. si quid est in  
quo nobismet ipsis consulere possimus, non ut ali-  
quid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut  
quam honestissime lugeamus; nemo est omnium, qui  
cum

cum potius mihi, quam tecum, communicandum  
 putem. nec enim clarissimorum uirorum, quorum  
 similes esse debemus, exempla, neque doctissimo-  
 rum, quos semper coluisti, praecepta te fugiant.  
 Atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in se-  
 natum, siue potius in conuentum senatorum es-  
 se uenturum, ni ueritus essem, ne eius animum  
 offenderem, qui a me, ut te imitarer, petebat.  
 cui quidem ego, cum me rogaret ut adessem in se-  
 natu, eadem omnia, quae a te de pace, & de Hi-  
 spânijs dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Rem-  
 indēs, quo modo se habeat; orbem terrarum, im-  
 perijs distributis, ardere bello; urbem sine legi-  
 bus, sine iudicijs, sine iure, siue fide, relictam  
 direptioni, & incendijs. itaque mihi uenire in-  
 mentem nihil potest, non modo quod sperem, sed  
 uix iam quod audeam optare. sin autem tibi, ho-  
 mini prudentissimo, uidetur utile esse, nos collo-  
 qui: quamquam longius etiam cogitabam ab ur-  
 be discedere, cuius iam etiã nomen inuitus audio;  
 tamen propius accedam. Trebatio mandauit, ut,  
 si quid tu enim uelles ad me mittere, ne recusaret:  
 idq. ut facias, uelim: aut, si quem tuorum fi-  
 delium uoles, ad me mittas: ne aut tibi exire  
 ex urbe necesse sit, aut mihi accedere. ego tibi  
 tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo:  
 ut exploratum habeam, quidquid nos commu-  
 ni sententia statuerimus, id omnes homines pro-  
 baturus. Vale.

honeste uia-  
 mus.

i ut eius cau-  
 sam ne oppu-  
 gnarem, si nol-  
 lem defendere.

uide ad Att. ep.  
 27. l. 9.  
 ep. 8. lib. 8.

cum Pompeius  
 cum cōsulibus  
 abiisset. ep. xi.  
 lib. 16.

quia nulla iam  
 praeferebat di-  
 gnitatem, spo-  
 liata legibus,  
 iudicijs, magi-  
 stratibus.

arrogamus ne-  
 bis, quae nostra  
 non sunt.

A R G.

ARG. Disputat, utrum manendum sic in Italia, an ad Pompeium in Graeciam nauigandum: quorum alterum uelius, alterum honestius ait esse. concludit, difficilem esse deliberationem; se tamen discessionem magis probare.

Cicero s. d. Sulpicio. 2

Terentiæ liber  
rum.

uxor Sulpicij,  
quam a Cae-  
sare stupratâ scri-  
bit Suetonius.

idem ep. 19. l. 5.

i. eundem ad  
Pompeium.

si, quod hone-  
stus est, ad unum  
uobis. patemus.

AD III. Kal. Maias, cum essem in Cuma-  
no, accepi tuas litteras: quibus lectis, cognoui  
non satis prudenter fecisse Philotimo; qui, cum  
abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus  
rebus, ipse ad me non uenisset, litteras tuas mi-  
sisset: quas intellexi breuiiores fuisse, quod eum  
perlaturum putasses. sed tamen, postquam litte-  
ras tuas legi, Postūmia tua me conuenit, & Ser-  
uius noster. his placuit, ut tu in Cumanum ue-  
nires: quod etiam, mecum, ut ad te scriberem,  
egerunt. Quod meum consilium exquiris: id est  
tale, ut capere facilius ipse possim, quam alte-  
ri dare. quid enim est, quod audeam suadere ti-  
bi, homini summa auctoritate, summaq. pru-  
dentia? si, quid rectissimum sit, quaerimus:  
perspicuum est. si, quid maxime expediat: ob-  
scurum. sin u sumus, qui profecto esse debemus,  
ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum,  
honestumq. sit: non potest esse dubium, quid  
faciendum nobis sit. Quod existimas meam caus-  
sam coniunctam esse cum tua: certe similis in  
utroque nostrum, cum optime sentiremus, er-  
ror fuit. nam omnia utriusque consilia ad con-  
cordiam spectauerunt. qua cum ipsi Caesari ni-  
hil esset inilius; gratiam quoque nos inire ab eo,  
defen-

defendenda pace, arbitrabamur, quantum nos  
 fefellerit, & quem in locum res deducta sit, vi-  
 deas: neque solum ea perspicias, quae geruntur,  
 quaeq. iam gesta sunt, sed etiam qui cursus re-  
 rum, qui exitus futurus sit. Ergo aut proba-  
 re oportet ea, quae fiunt; aut interesse, etiam  
 si non probes. quorum altera mihi turpis, alte-  
 ra etiam periculosa ratio videtur. Restat, ut di-  
 scedendum putem: in quo reliqua videtur esse de-  
 liberatio, quod consilium in discessu, quae loca  
 sequamur. omnino cum miserior res nunquam  
 accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. ni-  
 hil enim constitui potest, quod non incurrat in  
 magnam aliquam difficultatem. Tu, si videbi-  
 tur, ita censeo facias: ut, si habes iam statu-  
 tum, quid tibi agendum putes, in quo non sit con-  
 iunctum consilium tuum cum meo, supersedens  
 hoc labore itineris; sin autem est, quod mecum  
 communicare velis, ego te expectabo. tu, quod  
 tuo commodo fiat, quamprimum uelim uenias,  
 sicut intellexi & Seruio, & Postumiae pla-  
 cere. Vale.

A R G. Sulpicium, Achaiae a Caesare praefectum, con-  
 solatur in dolore, quae ex reip. calamitate capiebat. scripta  
 est epistola post uictum Pompeium.

Cicero s. D. Sulpicio.

VEHEMENTER te esse sollicitum, &  
 in communibus miserijs praecipuo quodam do-  
 lore angi, multi ad nos quotidie deferunt. quod  
 quare-

uides uentum  
 esse ad arma,  
 contra quam ar-  
 bitrati sumus  
 periculū enim  
 numquam gra-  
 uius impendit  
 reip.

i. si uerturus me  
 cum ad Pompe-  
 ium nō es hoc  
 significat, sed  
 aperte non ex-  
 plicat.

epist. 8. lib. 16.  
 ad Att.

reip. causa. ep.  
 1. lib. 6.

id est dolorem. *quamquã minime miror, & meum quodam modo agnosco: doleo tamen te, sapientia praeditum prope singulari, non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. Me quidem, etsi nemini concedo, qui maiorem experientie, & peste reip. molestiam traxerit; tamen multa iam consolantur, maximeq. conscientia consiliorum meorum. multo enim ante, tamquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram; neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denunciante te. etsi enim absui magnam partem consulatus tui: tamen & absens cognoscebam, quae esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & praedicendo sententia: & ipse affui primis temporibus tui consulatus, cum accuratissime monuisti senatum, collectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent, quae meminissent; & scirent, cum superiores, nullo tati exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuissent, quicumque postea reip. oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum. NAM, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, & aliquid, atque adeo multa addunt, & afferunt de suo. Quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem, & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parietinis reip? Est omnino uix consolabilis dolor: tanta est omnium re*

*cum esset in Cilicia proconsul.*  
*narratio ad consolationem inducta.*  
*ne Caesari ante concessum lege Trebonia tempus succederet. Dio l. 40.*

rum amissio, & desperatio recuperandi. sed ta-  
men & Caesar ipse ita de te iudicat, & omnes  
ciues sic existimant, quasi lumen aliquod, exstin-  
ctis ceteris, elucere sanctitatem, & pruden-  
tiam, & dignitatem tuam. Haec tibi ad leuan-  
das molestias magna esse debent. Quod autem  
a tuis abes, id eo leuius ferendum est, quod eo-  
dem tempore a multis, ac magnis molestijs abes:  
quas ad te omnes perscriberem, nisi uererer, ne  
ea cognosceres absens, quae quia non uides, mihi  
uideris meliore esse condicione, quam nos, qui  
uidemus. Haecenus existimo nostram consola-  
tionem recte adhibitam esse, quoad certior ab ho-  
mine amicissimo fieres ijs de rebus, quibus leua-  
ri possent molestiae tuae. reliqua sunt in te ip-  
so, neque mihi ignota, nec minima solatiã, &  
ut quidem ego sentio, multo maxima: quae ego  
ipse experiens quotidie sic probo, ut ea mihi sa-  
lutem afferre uideantur. te autem ab initio aeta-  
tis, memoria teneo, summe omnium doctrina-  
rum studiosum fuisse, omniaque, quae a sapientis-  
simis ad bene uiuendum tradita essent, summo stu-  
dio, curaque didicisse: quae quidem, uel optimis  
rebus, & usui, & delectationi esse possent: his  
uero temporibus habemus aliud nihil, in quo ac-  
quiescamus, nihil faciam insolenter: nec te, tali  
uel scientia, uel natura praeditum, hortabor,  
ut ad eas te referas artes, quibus a primis tēpori-  
bus aetatis studium tuum dedisti. tantum dicam,  
quod

consolationis  
loco est, cum in-  
telligimus de  
nobis bene exi-  
stari.

erat enim Sulpi-  
cius in Graecia  
cum Achatae,  
praesertim epi-  
stola sequenti.

de rebus urba-  
nis.

tractationem  
litterarum si-  
gnificat.

Rhodi cum ip-  
so Cicerone de-  
dit operam phi-  
losophiae. uide  
librum de cla-  
ris orat.  
ep. 3. lib. 9.

eloquentiae.

neque in senatu, neque in iudicijs.

iuris ciuilis scientiae.

in philosophiae studio.

patris praenominis appellatur, qui primus filius natus esset.

epist. 4.

ep. 25. l. XII.

id est ueram esse non fateor.

quod te spero approbaturum; me, posteaquam illi arti, cui studueram, nihil esse loci neque in curia, neque in foro uiderim, omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. tuae scientiae excellenti, ac singulari, non multo plus, quam nostrae, relictum est loci. Quare non equidem te moneo; sed mihi ita persuasi, te quoque in iisdem uersari rebus, quae etiam si minus prodesse, animum tamen a sollicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisq. in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita uersatur, ut excellat; a me uero sic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini: mihiq. ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quod facile appareat, cum me colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

ARG. Laudat Supplicij scripta: probat, quod Achaiae administrandae curam non recusari, scribit de Marcelli restitutione, de suis studijs, de Sulpicio filio, de rebus urbanis, de Caesare,

Cicero s. D. Sulpicio.

ACCIPIO excusationem tuam, qua usus es, cur saepius ad me litteras uno exemplo dedisses; sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur. illam partem excusationis, quae te scribis, orationis paupertate, (sit enim appellas) iisdem uerbis epistolas saepius mittere, nec agnosco, nec probob:

bo: & ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non esse uerborum admodum inopem agnosco. εἰ πορευέσθαι enim non necesse est, sed tamen idem, nec hoc εἰ πορεύσθαι, facile cedo tuorum scriptorum subtilitati, & elegantiae. Consilium tuum, quo te usum scribis hoc Achaicum negotium non recusauisse, cum semper probauissem, tum multo magis probaui, lectis tuis proximis litteris. omnes enim caussae, quas commemoras, iustissimae sunt, tuaq. & auctoritate, & prudentia dignissimae. Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. sed quia tanta perturbatio, & confusio est rerum, ita percussa, et prostrata foedissimo bello iacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, miserimus esse uideatur: propterea & tui te consilij paenitet, & nos, qui domi sumus, tibi beati uidemur, at contra nobis non tu quidem uacans molestus, sed prae nobis beatus. atque hoc ipso melior est tua, quam nostra condicio; quod tu, quid doleas, scribere audes; nos ne id quidem tuto possumus; nec id uictoris uitio, quo nihil moderatius, sed ipsius uictoriae, quae ciuilibus bellis semper est insolens. Vnde te uicimus, quod de Marcelli, collegae tui, salute paullo ante, quam tu, cognouimus; etiam mehercule, quod, quemadmodum ea res ageretur, uidimus. nam sic fac existimes, post has miseras, id est post-

quam

Achaiae administrationem a Caesare demandatam. ep. 1, & 6. lib. 6. ep. 26. 28. l. 13.

putasti te minus miseram in ita prouincia fore quam eos, qui Romae essent.

quod Achaiae curam susceperis.

epist. 9.

in consulari. ep. 12.

ep. 14.

Suet. in Iulio .

quamquam acer-  
bior fuisset  
Marcellus .hic Iuliae, Caesaris  
sororis, neptem  
Octavia uxorem duxit,  
& ex ea genuit  
Marcellum illum,  
de quo Virg. lib. 6.si Marcellus es-  
set, negavit se  
rediturum .si ignouit ini-  
mico suo Mar-  
cello,  
quae exstat or-  
atio .modice, est  
cum modo; in-  
tra modum ue-  
ro, minus.

quam armis disceptari coeptum est de iure publi-  
co, nihil esse actum aliud cum dignitate. nam &  
ipse Caesar, accusata acerbitate Marcelli, ( sic e-  
nim appellabat ) laudataq. honorificentissime &  
aequitate tua, & prudentia, repente praeter  
spem dixit, se senatui roganti de Marcello, ne  
hominis quidem causa, negaturum. fecerat au-  
tem hoc senatus, ut, cum a L. Pisone mentio es-  
set facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad  
Caesaris pedes abiicisset, cunctus consurgeret,  
& ad Caesarem supplex accederet. noli quaere-  
re: ita mihi pulcher hic dies uisus est, ut specie ali-  
quam uiderer uidere quasi reuiuiscantis reip. ita-  
que cum omnes ante me rogati gratias Caesari egis-  
sent, praeter Volcatium; ( is enim, si eo loco es-  
set, negavit se facturum fuisse ) ego rogatus mu-  
taui meum consilium. nam statueram, non me her-  
cule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis, in  
perpetuum tacere. fregit hoc meum consilium &  
Caesaris magnitudo animi, & senatus officium.  
itaque pluribus uerbis egi Caesari gratias: me-  
que, metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto o-  
tium priuarim: quod erat unicu solatium in malis.  
sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui  
fortasse arbitraretur, me hanc remp. non putare,  
si perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut e-  
tiam intra modum; ut & illius uoluntati, &  
meis studijs seruiam. nam etsi a prima aetate  
me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxi-

me philosophia delectavit: tamen hoc studium quotidie ingrauescit, credo & aetatis maturitate ad prudentiam, & his temporum uitijs, ut nulla res alia leuare animum molestijs possit. a quo studio te abduci negotijs, intelligo ex tuis litteris: sed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt. Seruius tuus, uel potius noster, summa me obseruantia colit: cuius ego cum omni probitate, summaque uirtute, tum studijs, doctrinaque delector. is mecum saepe de tua mansione, aut decessione communit. adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Caesar uelle uideatur. res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil te praeter tuos delectare possit. de reliquis nihil melius ipsõ est. ceteri, & cetera eiusmodi, ut, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quam uidere. Hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te uidere cupimus: sed consulimus tibi. Vale.

ARG. Cum Caesar bellum gereret in Hispania contra Pompeij liberos, periit Tullia ex partu, Ciceronis filia, iam a Dolabella dimissa, consolatur Ciceronem Sulpicius, argumentis ad tollendum dolorem undecunque collectis. De Sulpicio sic Quinct. lib. xi. Ser. Sulpicius insignem non immerito famam tribus orationibus meruit.

Sulpicius s. d. Ciceroni.

POSTEA QUAM mihi renunciatum est de obitu Tulliae filiae tuae; sanequam pro eo, ac debui, grauiter, molesteque tuli, commu- nemque eam calamitatem existimaui: qui si istic affuissem, neque tibi defuissem, coramque meum dolo-

I rem

& sane plera- que scripsit post euerfam rempublicam

φιλοσοφία  
μενα

distingit uirtu- tem a doctrina; ut intelligas, uirtutem esse posse sine periti- tia litterarum.

ualde enim se moderatũ prae- buit Caesar in uictoria.

recte incipit a dolore suo: nã qui non dolet amici calamitate, amicus non uidetur: ideoque pondus habere illius cõsolatio non potest.

rem tibi declarassem. et si genus hoc consolationis miserum, atque acerbum est; propterea quia per quos id fieri debet, propinquos, ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur, neque sine lacrymis multis id conari queunt; ut magis ipsi uideantur aliorum consolatione indigere, quam alijs posse suum officium praestare: tamen, quae in praesentia mihi in mentem uenerunt, decreui breui ad te perscribere: non, quod ea te fugere existimem: sed, quo forsitan dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quod tantopere te commoueat tuus dolor intestinus? cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus, quam liberi, cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris aestimare? An illius uicem, credo, doles? quoties in eam cogitationem necesse est & tu ueneris, & nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessime cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum uita commutare. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad uiuendum magnopere inuitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatium? ut, cum aliquo adolescente primario coniuncta, aetatem ageret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac inuentute generum

fic ep. 20. l. 15.  
ad Att. dicitur  
etiam, in praesenti.  
ep. 10. l. 2.  
& Liu. l. 34.  
consolationis  
initium a temporum  
condicione.

minus est, quam  
dignitas.

id est callo ob-  
ducto dolorem  
non sentire.

cum in bello,  
multi interfe-  
rentur cum dolore  
perierint.

rūm deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret, quos cum florentes uideret, laetaretur? qui rem a parente traditam per se tenere possent, honores ordinatim petituri essent in rep. in amicorum negotijs liberalitate sua uterentur? quid horum fuit, quod non prius, quam datum, ademptum sit? At uero malum est liberos amittere: malum, nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Quaeres mihi non medio-crem consolationem attulit, uolo tibi commemorare; si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram uersus nauigarem, coepi regiones circumcirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus: quae opida quodam tempore florentissima fuerunt, nūc prostrata, & diruta ante oculos iacent. coepi egomet mecum sic cogitare: Hem, nos hominuli indignamur, si quis nostrum interijt, aut occisus est, quorum uita breuior esse debet; cum uno loco tot opidum cadauera proiecta iaceant. uis ne tu te Serui cohibere, et meminisse, hominē te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea non me diocriter sum confirmatus. hoc idem, si tibi uidetur, fac ante oculos tibi proponas. Modo, uno tempore tot uiri clarissimi interierunt: de imperio praeterea tāta deminutio facta est: omnes prouinciae conquassatae sunt: in unius mulierculae ani-

I 2 mula

ergo Dolabella  
diuortium cū  
ea iam fecerat.

quo ordine per  
leges licet. de  
quo diximus i  
lib. de legibus.

publicam serui  
tutem.

opida uocat ur  
bes.

a maiori ad mi  
nus, nam, si opi  
da intereunt,  
idem accidere  
hominibus mi  
randum nō est.

argumentum a  
comparatione  
ductum.

a necessario.

a persona Tul  
liaePisoni, Crassi-  
pedi, Dolabel-  
lae.ep. 28 lib. 7  
ab opinione ho  
minum.  
ad Att. ep. xi.  
lib. 12.a uoluntate  
mortuae.

mula si iactura facta sit, tantopere commoueris? quae si hoc tempore non suum diem obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum, ac cogitationem tuam auoca: atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt: illa, quam diu ei opus fuerat, uixisse: una cum rep. fuisse: te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem uidisse: adolescentibus primarijs nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfundam esse: cum resp. occideret, uita excessisse. quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te obliuisci Ciceronem esse, & eum, qui alijs consueueris praecipere, et dare consilium; neque imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, quae alijs tute praecipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animum propone. **NVL LV S** dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat. hoc te expectare tempus, tibi tui pe. est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. quod si quis etiam inferis sensus est: qui illius amor in te fuit, pietasq. in omnes suos, hoc certe illa te facere non uult. da hoc illi mortuae: da ceteris amicis, & familiaribus, qui tuo dolore maerent: da patriae: ut, si qua in re opus sit, opera, & consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam deuenimus, ut etiam huic rei

rei nobis seruiendum sit; noli committere, ut quis a salute ipsius. quam te putet non tam filiam, quam reip. tempora, & aliorum uictoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentiae tuae diffidere. quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamq. ex ea re te laudem adipisci. fac aliquando intelligamus, aduersam quoque te aequae ferre posse, neque id maius, quam debeat, tibi onus uideri; ne ex omnibus uirtutibus haec una tibi uideatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquillo esse animo cognouero, de his rebus, quae hic geruntur, quemadmodumq. se prouincia habeat, certiores faciam. Vale.

Philipp. l. 14. & lib. 2. de. off. sic locutus.

a Ciceronis laude.

Achaia.

ARG. Ad Serui consolationem respondet, suum dolorem, lectis illius litteris, aliqua ex parte lenitum; sed dolendi causas apud se & plures, & grauiores esse, quam apud quemuis alium in simili calamitate.

Cicero s. d. Sulpicio. 6

Ego uero, Serui, uellem, ut scribis, in meo grauissimo casu affuisses. quantum enim praesens me adiuuare potueris et consolando, & prope aequae dolendo, facile ex eo intelligo, quod, litteris tuis lectis, aliquantulum acquieui. nam & ea scripsisti, quae leuare luctum possent: & in me consolando, non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Seruius tamen tuus, omnibus officijs, quae illi tempori tribui potuerunt, declara-

simile principium ep. 30. lib. 7. & 5. l. 9.

alterum prudentiae, & doctrinae; alterum amoris, & humanitate. ep. 21. l. 9.

I 3 uit,



incunditati .n.  
locus non est  
in rebus mise-  
ris .

Fabius .

Aemilius .

quia fuit e Sul-  
picia gente .

honestate , di-  
gnitate , hono-  
ribus . ep. 5 .

collectio caus-  
arū , dolorem  
efficientiū : ut  
ostendat se re-  
prehendi non  
posse , quia do-  
leat id , quod  
dolendum iure  
fit .

uit , & quanti ipse me faceret , & quam suum ta-  
lem erga me animum tibi gratum putaret fore ;  
cuius officia iucundiōra scilicet saepe mihi fue-  
runt , numquam tamen gratiora . me autem non  
oratio tua solum , & societas paene aegritudinis ,  
sed etiam auctoritas consolatur . turpe enim esse  
existimo , me non ita ferre casum meum , ut tu ,  
tali sapientia praeditus , ferendum putas . sed  
opprimor interdum , & uix resisto dolori , quod  
ea me solatia deficiunt , quae ceteris , quorum mi-  
hi exempla propono , simili in fortuna non defue-  
runt . nam & Q. Máximus , qui filium consula-  
rem , clarum uirum , & magnis rebus gestis ,  
amisit , & L. Páullus , qui duos septem diebus , &  
uēster Gallus , & M. Cato , qui summo ingenio ,  
summa uirtute filium perdidit , ijs temporibus  
fuerunt , ut eorum tum ipsorum dignitas conso-  
laretur ea , quam ex rep. consequerentur . mihi  
autem , amissis ornāmentis ijs , quae ipse com-  
memoras , quaeq. eram maximis laboribus ade-  
ptus , unum manebat illud solatium , quod ere-  
ptum est . non amicorum negotijs , non reip. pro-  
curatione impediebantur cogitationes meae : ni-  
hil in foro agere libebat : adspicere curiam non po-  
teram . existimabam id , quod erat , omnes me  
& industriae meae fructus , & fortunae perdidis-  
se . sed , cum cogitarem haec mihi tecum , & cum  
quibusdam esse communia ; & cum frangerem  
iam ipse me , cogere , m. q. illa ferre toleranter : ha-  
bebam

bebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius  
 in sermone, & suauitate omnes curas, doloresq.  
 deponerem. nunc autem hoc tam graui uulnere  
 etiam illa, quae cōsensuisse uidebantur, recrude-  
 scunt. non enim, ut tum me a rep. maestum do-  
 mus excipiebat, quae leuaret: sic nunc, domo mae-  
 rens, ad rep. confugere possum, ut in eius bō-  
 nis acquiescam. itaque & domo absom, & foro:  
 quod nec eum dolorem, quem a rep. capio, domus  
 iam consolari potest, nec domesticum resp. quo ma-  
 gis te exspecto, teq. uidere quamprimum cupio.  
 maior mihi leuatio afferrī nulla potest, quam con-  
 iunctio consuetudinis, sermonumq. nostrorum.  
 quamquam sperabam tuum aduentum (sic enim  
 audiebam) appropinquare. ego autem cum  
 multis de causis te exopto quamprimum uide-  
 re, tum etiam, ut ante commentemur inter  
 nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc  
 tempus, quod est totum ad ūnius uoluntatem  
 accommodandum, & prudentis, & liberalis,  
 & ut perspexisse mihi uideor, nec a me alie-  
 ni, & tibi amicissimi. quod cum ita sit; ma-  
 gnae tamen est deliberationis, quae ratio sit iucun-  
 da nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu,  
 & beneficio quiescendi. Vale.

quia tempus  
 acerbiterem  
 minuit. ep. 5.

quae nunc nul-  
 la sunt.

Caesaris.

cum eius filius  
 Caesaris arma  
 contra Pompe-  
 ium secutus sit.  
 ad Att. ep. ult.  
 l. 9. & 3. l. 10.

ARG. Suadet, ut exsulandi consilium abiicit, & in pa-  
 triam suam redeat: id Caesarem facile concessurum; id opta-  
 re ipsius fratrem, id ipsam rep. id ad rationem etiam rei  
 familiaris pertinere.

Cicero s. D. M. Marcello. 7

ne incidat & ar  
rogantiae uitium,  
quia tali uiro  
consilium dare  
uelit, incipit a  
laude Marcelli,  
& ab amicitiae  
commemora-  
tione, quo se fa-  
cilius insinuet.

suasionis initiū  
quo probare  
uult, facit iam  
Marcellum bo-  
ni ciuis officio  
fecisse; reliquū  
esse, ut patriā,  
multis malis af-  
fectam, etiam  
adspēctū suo  
ne priuet.

idem aliis uer-  
bis ep. 1. l. 6.

idem aliis uer-  
bis ep. 3. lib. 7.

ET SI eo te adhuc consilio usum intelligo, ut  
id reprehendere non audeam; non quin ab eo ipse  
dissentiam; sed quod ea te sapientia esse iudicem,  
ut meum consilium non anteponam tuo: tamen  
& amicitiae nostrae uetustas, & tua summa er-  
ga me beneuolentia, quae mihi iam a pueritia  
tua cognita est, me hortata est, ut ea scribe-  
rem ad te, quae & saluti tuae conducere arbi-  
trarer, & non aliena esse ducerem a dignitate.

Egō eum te esse, qui horum malorum initia mul-  
to ante uideris, consulatum magnificentissime,  
atque optime gesseris, praecclare memini. sed idē  
etiam illa uidi, neque te consilium ciuiliis belli ita  
gerendi, neq. copias Cn. Pompeij, nec genus  
exercitus probare, semperq. summe diffidere.  
qua in sententia me quoque fuisse, memoria tene-  
re te arbitror. itaque neque tu multum interfui-  
sti rebus gerendis; & ego id semper egi, ne in-  
teressem. non enim ijs rebus pugnabamus, qui-  
bus ualere poteramus, consilio, auctoritate, caus-  
sa, quae erant in nobis superiora; sed lacertis,  
& uiribus, quibus pares non eramus. uicti su-  
mus igitur; aut, si uinci dignitas non potest, fra-  
cti certe, & abiecti, in quo tuum consilium nemo  
potest nō maxime laudare, quod cum spē uincendi  
simul abiicisti certandi etiam cupiditatem; osten-  
distique, sapientem, & bonum ciuem initia bel-  
li ciuiliis inuitum suscipere, extrema libenter  
non

non persequi. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt; eos uideo in duo genera esse distractos. aut enim renouare bellum conati sunt, hique in Africam contulerunt; aut, quemadmodum nos, uictori sese crediderunt. medium quodaam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. fateor, a plerisque, uel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium, a multis etiam magni, ac fortis animi iudicatum: sed habet ista ratio, ut mihi quidem uidetur, quendam modum; praesertim cum tibi nihil deesse arbitrarer ad tuas fortunatas omnes obtinendas, praeter uoluntatem. sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod uereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. de quo quid sentiam, nihil attinet dicere; cum appareat, ipse quid fecerim. sed tamen, si iam ita constituis, ut abesse perpetuo malle, quam ea, quae nolles, uidere: tamē id cogitare deberes, ubicumque esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate. qui si facile passurus esset, te, carentem patria, & fortunis tuis, quiete, & libere uiuere: cogitandum tibi tamen esset, Romae ne, & domi tuae, cuiusmodi res esset, an Mytilenis, aut Rhodi malle uiuere. sed, cum ita late pateat eius potestas, quam ueremur, ut terrarum orbem complexa sit: nō ne mauis sine periculo tuae domi esse, quam cum periculo alienae? equidem, etiam

ad Iubam regē.

ut neque bellū renouares, neque Romam redires, sed exsulandi cōsilium caperes.

quarum desperatione exsiliū elegerat.

qui omnia tenet. epistola sequenti.

suasio ab exemplo.

a necessario.

neque honestū ait esse eius exsiliū, neque tutum.

ft

si oppetenda mors esset, domi, atque in patria malle, quam in externis, atque alienis locis. hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt; quorum est magna pro tuis maximis, clarissimisque uirtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus. nam, etsi nullam potest accipere iniuriam, quae futura perpetua sit; propterea quod neque is, qui tenet remp. pateretur, neque ipsa res. tamen impetum praedonum in tuas fortunas fieri nolo. si autem qui essent, auderem scribere, nisi te intelligere considerem. Hic te unius sollicitudines, unius etiam multae & assiduae lacrymae C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur. nos cura, & dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod ius adeundi, cum ipsi deprecatore egerimus, non habemus. gratia tantum possumus, quantum uicti: sed tamen consilio, studio Marcello non desumus: a tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus. Vale.

ARG. Et haec epistola eo spectat, ut Marcello reditus in patriam persuadeatur.

Cicero s. D. Marcello.

NEQUE monere te audeo, praestanti prudentia uirum; nec confirmare, maximi animi hominem, uirumque fortissimum; consolari uero nullo modo. nam si ea, quae acciderunt, ita fers, ut audio: gratulari magis uirtuti debeo, quam consolari dolorem tuum. sine te tanta mala reip.

fran.

a communi cō filio.

ab utili.

idem aliis uer. bis ep. 8. & 9. & 13.

consularis. sic in oratione pro co.

de Marcelli reditu minime laborantibus ep. 8. & xi.

quae in aduersis maxime perspicitur.

frangunt : non ita abundo ingenio , ut te conso-  
ler , cum ipse me non possim . Reliquum est igitur  
ut tibi me in omni re eum praebeam , praestem-  
que , ut ad omnia , quae tui uelint , ita adsim prae-  
sto , ut me non solum omnia debere tua causa ,  
quae possum , sed ea quoque , quae non possum ,  
putent . Illud tamen uel tu me monuisse , uel cen-  
suisse puta , uel propter beneuolentiam tacere non  
potuisse ; ut , quod ego facio , tu quoque animum  
inducas , si sit aliqua resp. in ea te esse oportere ,  
iudicio omnium , req. principem , necessitate ce-  
dentem tempori ; sin autem nulla sit , hunc ta-  
men aptissimum esse etiam ad exsulandum locum .  
si enim libertatem sequimur ; qui locus hoc do-  
minatu uacat ? sin qualemcumque locum ; quis  
est domestica sede iucundior ? sed , mihi crede ,  
etiam is , qui omnia tenet , fauet ingenijs , nobi-  
litem uero , & dignitatem hominum , quantum  
ei res , & ipsius causa concedit , amplectitur .  
Sed plura , quam statueram . redeo ergo ad unum  
illud , me tuum fore cum tuis , si modo erunt tui ;  
si minus , me certe in omnibus rebus satis no-  
strae coniunctioni , amoriq. facturum . Vale .

Philipp. 6.  
uide artificia-  
sam admonen-  
di rationem , ut  
offensio uite-  
tur .

exilium enim  
est , ubi resp.  
non est .

hoc adiecit , ut  
Marcellus uete-  
rem dignitate  
speraret .

uide ep. supe-  
riorem . & xi .

ARG. Reditum in patriam sperat , ut supra . argumen-  
ta ex intima arte depromit , ad persuadendum firmissima .

Cicero s. D. Marcello .

ET SI perpaucis ante diebus dederam Q.  
Mucio litteras ad te pluribus uerbis scriptas ,  
quibus declaraueram , quo te animo censerem esse  
spor-

supra dixit, Cu-  
iusmodi res ci-  
set, epist. 7.

diuersa ratio  
ep. 1. lib. 6. pro  
auribus contra  
oculos.

ep. 50. l. 12.  
ad Att.

idem alii ner-  
bis epist. 7. 8.  
& 13.

Pompeius,

Scipionis, Do-  
mitii, & aliorum.

C. Marcello,  
fratre eius pa-  
truelle.

oportere, & quid tibi faciendum arbitrare: tamen, cum Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem ergate, beneuolentiamq. perspexeram; sine meis litteris eum ad te uenire nolui. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus litteris hortatus sum; ut in ea rep. quaecumque est, quamprimum uelis esse. multa uidebis fortasse, quae nobis; non plura tamen, quam audis quotidie. non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moueri; cum illud idem auribus percipias, quod etiam manibus uideri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias; aut faciendum, quod non probes. Primum, TEMPORE cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. deinde, non habet, ut nunc quidem est, id uerum dicere fortasse, quae sentias, non licet; tacere plane licet. omnia enim delata ad unum sunt. ut utitur consilio ne suorum quidem, sed suo, quod non multo secus fieret; si is remp. teneret, quem secuti sumus. an, qui in bello, cum omnium nostrum coniunctum esse periculum suo cerneret, certo hominum minime prudentium consilio uteretur; eum magis communem censemus in uictoria futurum fuisse; quam incertis in rebus fuisset. & qui nec, te consule, tuum sapientissimum consilium secutus esset; nec, fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente, nobis auctoribus uti uoluerit;

nunc

nunc omnia tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bellis civilibus: quae maiores nostri ne semel quidem; nostra aetas saepe iam sensit: sed MISERRIVS nihil, quam ipsa uictoria: quae, etiam si ad meliores uenit, tamen eos ipsos ferocios, impotentioresq. reddit; ut, etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur. MULTA enim uictori eorum arbitrio, per quos uicit, etiam inuito facienda sunt. An tu non uidebas mecum simul, quam illa crudelis esset futura uictoria? igitur tunc quoque patria careres, ne, quae nolles, uideres? non, inquires: ego enim ipse tenerem opes, & dignitatem meam. at erat tuae uirtutis, in minimis res tuas ponere; de re uehementius laborare. Deinde, qui finis istius consilij est? nam adhuc & factum tuum probatur, & ut in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quod & initium belli necessario secutus sis, & extrema sapienter persequi nolueris; fortuna, quod honesto otio tenueris & statum, & famam dignitatis tuae. nunc uero nec locus tibi ullus dulcius esse debet patria; nec eam diligere minus debes, quod deformior est, sed misereri potius; nec eam, multis claris uiris orbatam, priuare etiam ad spectu tuo. Denique, si fuit magni animi, non isse supplicem uictori: uide, ne superbisit, aspernari eiusdem liberalitatem: & si sapientis est carere patria, duri non desiderare:

propter Syllana tempora.  
ep. 4. & Phil 8.

Caesarem excusat.

ep 14.

hic Marcellum acri pertinacia munitu, tamen expugnat.

quod tuo otio tuaris. infra.

cum iam boni cuius officio satis feceris.

Pompeio, Cato ne, Domitio, Scipione, Bibulo, Lentulis, Appio: qui erant omnes consulares, excepto Cato praetorio.

quod non cogi-  
tare, sapientis  
non est.  
supra.

ut cogites cun-  
ta esse in Cae-  
saris potestate.

ut qui non libe-  
ter uenias.

de malis reip.

ep. 10. lib. 15.  
et ad Att.  
ep. x. l. 13.

Et si re publica non possis frui, stultum est nol-  
le priuata. Caput illud est, ut, si ista uita tibi  
commodior esse uideatur, cogitandum tamen sit,  
ne tutior non sit. magna gladiatorum est licentia:  
sed in externis locis minor etiam ad facinoris ue-  
recundia. mihi salus tua tantae curae est, ut Mar-  
cello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim.  
Tuum est consulere temporibus, et incolumitati,  
et uitae, et fortunis tuis. Vale.

ARG. Hortatur, ut reditum maturet. iam enim de re-  
ditu persuaserat.

Cicero s. D. Marcello.

ESTI nihil noui, quod ad te scriberem, ha-  
bebam; magisq. litteras tuas iam expectare in-  
cipiebam, uel te potius ipsum: tamen, cum Theo-  
philus proficisceretur, non potui nihil ei littera-  
rum dare. Cura igitur, ut quamprimum uenias:  
uenies enim, mihi crede, expectatus, neque so-  
lum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. ue-  
nit enim mihi in mentem, subuereri interdum,  
ne te delectet tarda decessio. quod si nullum ha-  
beres sensum, nisi oculorum; prorsus tibi igno-  
scerem, si quosdam nolles uidere. sed, cum le-  
uiores non multo essent, quae audirentur, quam  
quae uiderentur; suspicarer autem multum in-  
teresse rei familiaris tuae, te quamprimum ue-  
nire, idq. in omnes partes ualere: putavi ea de re  
te esse admonendum. sed quoniam, quod mihi pla-  
ceret, ostendi; reliqua tu pro tua prudentia consi-  
dera-

derabis. me tamen uelim, quod ad tempus te exspectemus, certiolem facias. Vale.

ARG. Significat se in patriam rediturum, commorum consilio, & auctoritate Ciceronis.

Marcellus s. D. Ciceroni. II

PLVRIMVM ualuisse apud me tuam semper auctoritatem, cum in omni re, tum in hoc maxime negotio potes existimare. cum mihi C. Marcellus frater, amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret; non prius mihi persuadere potuit, quam tuis est effectum litteris, ut uterer uestro potissimum consilio. Res quemadmodum sit acta, uestrae litterae mihi declarant. Gratulatio tua et si est mihi probatissima, quod ab optimo fit animo: tamen hoc mihi multo iucundius est, & gratius, quod, in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui uere meae salutis fauerent, te cupidissimum mei, singulari remque mihi beneuolentiam praestitisse cognoui. Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego, quoniam haec erant tempora, facile, & aequo animo carebam. hoc uero eiusmodi esse statuo, ut sine talium uirorum, & amicorum beneuolentia, neque in aduersa, neque in secunda fortuna quisquam uiuere possit. itaque hoc ego mihi gratulator. tu uero ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi praestabo. Vale.

auctoritate potest aliquis apud nos plus ualere, quam frater; amore non item.

de ipsius reditu a Caesare impetrato.

hinc illud; Si uere erunt tui, ep. 8.

praeter unum te.

quorum & uirtus, & beneuolentia singularis.

ARG. Marcellum a Magio interfectum, suaq. erga mortuum officia significat.

Seruius s. D. Ciceroni. 12

*ESTI scio non iucundissimum me nuncium vobis allaturum: tamen, quoniam C A S V S, & natura in bonis dominatur; visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. Ad x. Kal. Iun. cum ab Epidauro Piraeum naui aduectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, conueni; eumq. diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. postero die, cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamq. iurisdictionem absoluerem: ille, uti aiebat, supra Maleas in Italiam uersus nauigaturus erat. postridie eius diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem; circiter horam decimam noctis Postumius, familiaris eius, ad me uenit; & mihi nunciauit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cenae tempus a P. Magio Cilone, familiari eius, pugione percussum esse, & duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamen, eum uiuere posse: Magium se ipsum interfecisse: postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nunciaret, & rogaret, uti cogere medicos. coegi; & e uestigio eo sum profectus prima luce. cum non longe a Piraeo abessem; puer Acidini mihi obuiam uenit cum codicillis; in quibus erat scriptum, paullo ante lucem Marcellum*

aut enim casu moriuntur homines, aut natura.

in consulatu. ep. 4.

praerat enim Sulpicius Achaiae ep. 4. de Malea uide Plinium epist. lib. 10.

post aurem.

ad Att. ep. 10. lib. 13.

cognomen gentis Manliae.

cellum

AD SVLPICIVM, ET ALIOS. 69

cellum diem suum obiisse. ita uir clarissimus ab homine tæterrimo acerbissima morte est affectus; & cui inimici propter dignitatem pèpercerant, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. ego tamen ad tabernaculum eius perrexi; inueni duos liberos, & pauculos seruos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq. lecticarijs in urbem eum referre: ibiq. pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impèdiri dicerent: neque tamen id antea cuiquã concesserant. quod proximum fuit; uti in quo uellemus gymnasium eum sepeliremus, nobis permiserunt. nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiae locum delegimus: ibiq. eum combussimus: posteaq. curauimus, ut ydem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ita, quae nostra officia fuerunt, pro collègio, & propinquitate, & uiuo, & mortuo omnia ei praestitimus. Vale. Datae pridie Kal. Iun. Athenis.

Caesar enim ei reditum in patriam concesserat.

quod seruis capitale erat, qui dominum non defendissent.

Romæ quoque lex uetabat.

in qua floruerat Plato.

quia consulatū simul gesserat.

ARG. Exsulantem Nigidium spe reditus consolans, suā illi operam, suamq. officium pollicetur, praeterea rem omnem familiarem, in extremo hortatur, ut bono animo, fortiq. sit in utramque partem.

K Cicero



Cicero s. D. P. Nigidio Figulo. 13

QVAERENTI mihi iam diu, quid ad te  
 potissimum scriberem, non modo certa res ulla,  
 sed ne genus quidem litterarum usitatum uenie-  
 bat in mentem. unam enim partem, et consuetudi-  
 nem earum epistolarum, quibus secundis rebus  
 uti solebamus, tempus eripuerat: perseceratq.  
 fortuna, ne quid tale scribere possem, aut omni-  
 no cogitare. relinquebatur triste quoddam, & mi-  
 serum, & his temporibus consentaneum genus  
 litterarum. id quoque deficiebat me: in quo de-  
 bebat esse aut promissio auxiliij alicuius, aut con-  
 solatio doloris tui. quod pollicerer, non erat. ipse  
 enim, pari fortuna abiectus, aliarum opibus ca-  
 sus meos sustentabam: saepiusq. mihi ueniebat in  
 mentem, queri, quod ita uiuerem, quam gau-  
 dere, quod uiuerem. quamquam enim nulla me  
 ipsum priuatim perculit insignis iniuria; nec mi-  
 hi quidquam tali tempore in mentem uenit opta-  
 re, quod non ultro mihi Caesar detulerit: tamen  
 nihilo minus eis conficior curis; ut hoc ipsum,  
 quod maneam in uita, peccare me existimem. ca-  
 reo enim cum familiarissimis multis, quos aut  
 mors eripuit nobis, aut distraxit fuga; tum omni-  
 bus amicis, quorum beneuolentiam nobis conci-  
 liarat per me quondam, te socio, defensa resp.  
 uersorq. in eorum naufragijs, & bonorum dire-  
 ptionibus: neq. audio solum, quod ipsum esset  
 miserum, sed etiam id ipsum uideo, quo nihil est  
 acerbius,

communicatio  
 fortunae genus  
 consolationis  
 est apud affli-  
 ctos.

cum exstincta  
 resp. sit.

Pompeium, Ca-  
 tonem, Lentu-  
 los, & alios.  
 uide ep. 9.

ep. 1. l. 6.

acerbius, eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incéndium exstinximus: Catilinae con- iurationem,  
 & in qua urbe modo gratia, auctoritate, & glo-  
 ra floruimus, in ea nunc ijs quidem omnibus ca-  
 remus; obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem: sed ea plus non potest, quam Caesarem excu- sans, auertit culpam in tem- pora.  
 ijs, & mutatio omnium rerum, atque tempo-  
 rum. itaque, orbis ijs rebus omnibus, quibus  
 & natura me, et uoluntas, & consuetudo assue-  
 fecerat; cum ceteris, ut quidem uideor, tum mi-  
 hi ipse displiceo. natus enim ad agendum semper  
 aliquid dignum uiro, nunc non modo agendi ra-  
 tionem nullá habeo, sed ne cogitandi quidem: et  
 qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam son-  
 tibus opitulari poteram; nunc P. Nigidio, uni Latinorum om- niu post Var- ronem doctissi- mus appellatur a Geslio.  
 omnium doctissimo, & sanctissimo, & maximo  
 quondam gratia, & mihi certe amicissimo, ne be-  
 nigne quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum  
 est litterarum genus. Reliquum est, ut consoler,  
 & afferam rationes, quibus te a molestijs coner-  
 abducere. at ea quidem facultas, uel tui, uel al-  
 terius consolandi, in te summa est, si unquam  
 in ullo fuit. itaque eam partem, quae ab exqui-  
 sita quadam ratione, & doctrina proficiscitur,  
 non attingam, tibi totam relinquam. quid recta admoni- tio, cum laude tamen, ut pro- xime iam offen- dit.  
 sit forti, & sapienti homine dignum, quid  
 grauitas, quid altitudo animi, quid aetate tua ui-  
 ta, quid studia, quid artes, quibus a pueritia  
 floruisti, a te flagitent, tu uidebis. ego, quod intel-  
 ligere,

ligere, & sentire, quia sum Romae, & quia  
 curo, attendoque, possum, id tibi affirmo, te in  
 istis molestijs, in quibus es hoc tempore, non diu-  
 tir futurum; in ijs autem, in quibus etiam nos  
 sumus, fortasse semper fore. uideor mihi perspice  
 re, primum ipsius animum, qui plurimum po-  
 test, propensum ad salutem tuam. non scribo  
 hoc temere. quo minus familiaris sum, hoc sum  
 ad inuestigandum curiosior. quo facilius, quibus  
 est iratior, respondere tristius possit, hoc est ad-  
 huc tardior ad te molestia liberandū. familiares  
 uero eius, & ij quidem, qui illi iucundissimi sunt,  
 mirabiliter de te & loquuntur, & sentiunt.  
 Accedit eodem vulgi uoluntas, uel potius con-  
 sensus omnium. etiam illa, quae minimum nunc  
 quidem potest, sed possit necesse est, resp. quascum-  
 que uires habebit, ab ijs ipsis, quibus tenetur,  
 de te propediem, mihi crede, impetrabit. Redeo  
 igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid;  
 quod primo omiseram. nam & complectar eius  
 familiarissimos, qui me admodum diligunt,  
 multumq. mecum sunt: & in ipsius consuetu-  
 dinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit,  
 insinuabo: & certe omnes uias persequar, qui-  
 bus putabo ad id, quod uolumus, peruenire pos-  
 se. in hoc toto genere plura faciam, quam scri-  
 bere audeo. Cetēra, quae tibi a multis prom-  
 pta esse certo scio, a me sunt paratissima. nihil  
 in re familiari mea est, quod ego meū malim esse,  
 quam

in reip. calamitate.

idem aliis uerbis ep. 8. & 9. ep. 7. l. 2.

his. qui in Africa bellum renouauerant. uide ep. 13. l. 6.

colligit omnia quae ualent ad spem.

ut Oppius, Hirtius, Balbus, Marius, Paulus, Postumius. ep. 7. l. 6. 24. l. 7. 20. l. 9.

quod ad rem familiarem attrinet.

quam tuum. hac de re, & de hoc genere toto hoc scribo parcius, quod te, id quod ipse confido, sperare malo, te esse usurum tuis. Extremum illud est, ut te horter, & obsecrem, animo ut maximo sis; nec ea solum memineris, quae ab alijs magnis uiris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio, studioq. peperisti. quae si colliges; & sperabis omnia optime; & quae accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. Sed haec tu melius, uel optime omnium. Ego, quae pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeq. curabo; tuorumq. tristissimó meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Vale.

cum cicerus a  
Clodio sum.

A. R. G. Responderet ad duplicem Plancii gratulationem de recuperata Ciceronis dignitate, & de nouis eiusdem nuptiis cum Publilia, diuortio iam facto cum Terentia.

Cicero s. d. Cn. Plancio. 14

BINA S a te accepi litteras, Corcyrae datas: quarum alteris mihi gratulabare, quod audis ses meam me pristinam dignitatem obtinere; alteris dicebas, te uelle, quae egissem, bene, ac feliciter euenire. Ego autem, si dignitas est bene de rep. sentire, & bonis uiris probare, quod sentias; obtineo dignitatem meam. sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere si possis, aut denique libera oratione defendere: ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis: agiturq. praeclare, si nosmet ipsos regere possimus; ut ea, quae partim iam adsunt, par-

apud Caesare.

de nuptiis Publiliae. Plutarchus, & in epistolis ad Att.

epist. 1. lib. 16.

a reliquiis Pō-  
peianorum par-  
tium in Africa  
renouato, duci-  
bus Scipione,  
Pompeti focero,  
Catone, Iu-  
ba rege.

ep. 9. h. l. & xi.  
lib. 5.

intelligit Do-  
mitium, Lentu-  
lum, Scipionē,  
pugnādi maxi-  
me cupides. ep.  
9. h. l. & 6 lib. 9.

post pugnam  
Pharalitam,  
Terentiae negli-  
gentia deminu-

hic Quintum  
fratrem, & filiū  
significat, ut ap-  
paret ex lib. xi  
ad Atticum.

tim impendent, moderate feramus: quod est dif-  
ficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera par-  
te caedem ostentat, ex altera seruitutem. quo in  
periculo non nihil me consolatur, cum recordor,  
haec me tum uidisse, cum secundas etiam res no-  
stras, non modo aduersas, pertimescebam; uide-  
bamque, quanto periculo de iure publico disce-  
ptaretur armis: quibus si uicissent, ad quos  
ego, pacis spe, non belli cupiditate adductus, ac-  
cesseram; intelligebam tamen, & iratorum ho-  
minum, & cupidorum, & insolentium quam  
crudelis esset futura uictoria: sin autem uicti es-  
sent, quantus interitus esset futurus ciuium par-  
tim amplissimorum, partim etiam optimorum:  
quī me haec praedicentem, atque optime consu-  
lentem saluti suae, malebant nimium timidum,  
quam satis prudentem, existimari. Quod autem  
mibi de eo, quod egerim, gratularis: te ita uelle,  
certo scio: sed ego tam misero tempore nihil no-  
ui cōsiliū cepissem, nisi in rēditu meo nihilo melio-  
res res domesticas, quam remp. offendissem. qui-  
bus enim pro meis immortalibus beneficijs carissi-  
ma mea salus, et meae fortunae esse debebāt; cum  
propter eorū scelus nihil mihi intra meos parie-  
tes tutum, nihil insidijs uacuum uiderem; noua-  
rum me necessitudinum fidelitate contra uete-  
rum perfidiam muniendum putauī. Sed de no-  
stris rebus satis, uel etiam nimium multa.  
De tuis, uelim, ut eo sis animo, quo debes es-  
se,

se,

se, id est ut ne quid tibi praecipue timendum putes. si enim status erit aliquis civitatis; quicumque erit, te omnium periculorum uideo exper-tem fore. nam alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros numquam iratos fuisse. De mea autem in te uoluntate sic, uelim, iudices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quamquam uideam, quis sim hoc tempore, & quid possim, opera tamen, & consilio, studio quidem certe rei, famae, saluti tuae praesto futurum. Tu, uelim, & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quam diligentissime certio-rem. Vale.

Caesarem.  
Pompeium.

ep 2. l. 1. & 13.  
& 14. lib. 6.

A R G. Hortatur, ut communem fortunam fortiter ferat.

Cicero s. D. Plancio.

15

ACCERI per breues tuas litteras: quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui; cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit. nam, quam fortiter ferres communes miseras, non intellexi; quam me amares, facile perspexi. sed hoc scieram; illud si scissem, ad id meas litteras accom-  
modassem. sed tamen et si antea scripsi, quae existimaui scribi oportere; tamen hoc tempore breuiter commonendum putavi, ne quo periculo te proprio existimares esse. in magno omnes, sed tamen in communi sumus. quare non debes aut propriam fortunam, & praecipuam postulare, aut communem recusare. quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus: quod de te sperare, de me praestare possim. Vale.

pro tametsi, rarissime usurpatum. l. 3. de or. ex uetere poeta, At Romanus homo, tamen et si res bene gesta est, Cerde suo trepidat. & Q. Cicero de petitione consultatus, in extremo & ad Att. ep. 17. l. 5. et Ter. Andr. act. 5. sc. 2.

K 4

CICERONIS

CICERONIS EPISTOLARVM,  
AD METELLVM, ET ALIOS,  
LIBER V.

ARGVMENTVM.

Queritur Marcellus Celer, qui Galliam proconsul regebat, Metellum Nepotem, fratrem suum, a Cicerone oppugnatum. uidetur esse paullo arrogantior epistola.

Q. Metellus Q. F. Celer procos. s. D.  
M. Tullio Ciceroni.

non proprie dictum. uide sequentem epistolam.

nobilissimae, licet plebeiae.

In Piceno contra Caesilinam. Sallustius.

**S**I VALES, bene est. Existimaram, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, neque me absentem ludibrio laesum iri, nec Metellum fratrem, ob dictum, capite, ac sortunis per te oppugnatum iri. quem si parum pudor ipsius defendebat; uel familiae debebat nostrae dignitas, uel meum studium erga uos, remq. pub. satis subleuare. nunc uideo illum circumuentum, me desertum a quibus minime conueniebat. itaque in luctu, & squalore sum, qui prouinciae, qui exercitui praesum, qui bellum gero. quae quoniam nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administrasti: non erit mirandum, si uos paenitebit. Te tam mobili in me meosq. esse animo, non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria a rep. abducat. Vale.

ARG. Excusat se de Metello Nepote, suaq. in ipsum Celerem merita commemorat.

M. Cicero